

& sic magis tinudus. & stabat coram. 1. erat presens
cuidam libri habet & stabant corona. 1. & romani sta-
bant corona scilicet populi multitudo circulum faciens:
videbat quod iste iuuenis & seruus si ad questionem trabe-
retur. rem ad suos cruciatus pertinere: nec tamen eos
cruciatus fugitavit. timebat quod dominus ne seruus su-
us crimen panderet si torqueretur. Ille vero seruus ut
domum ventum est. anthonium dominum suum hoc nomi-
ne & hac causa confusum vehementius & sollicitum: tamen
ultro id est sponte hortatus est. ut non timeret. quia se
iudicibus torquendum traderet: affirmans nullum ore
suo verbum exaturum. quo causa eius lederetur. & non
solum hoc promisit imo ac proxime id est de propinquo
idem seruus mira patientia prestitit. nuncquid quod laternam tu-
lisset fatendo. etiam plurimis laceratus verberibus. ecu-
leoque impositus: & quod est grauius. candentibus. 1. ignitis
laminis id est ferri frustis vltus & decoctus. rei de qua
agebatur. custodita salute. omnem vim accusacionis sub-
uertit: & dominum sua constantia & fide liberauit: &
quia sic virtuose egit. valerius fortunam que ipsum fe-
cit seruum. arguit dicens. merito id est rationabiliter:
fortuna argui potest: quod tam pium & tam fortem no-
mine inclusit seruili.

Consulem autem gneum In isto paragrapho ponit
fidelitatem a seruo. gayo mario domino suo exhibitam.
Ad cuius intelligentiam notandum. quod sillam suum aduer-
sarium gaium marium in praeneste ciuitate obsedit: reclu-
sit quod cum eo telesinum marii singularem amicum: cui ma-
rius cum euadere nequiret. cum telesino amico suo se
mutuo occidere destinauerat a quo dum leuiter esset per-
cussus seruo suo occidendum se prebuit qui ipsum occi-
dens: eum a sillana crudelitate fecit expertum. Nota quod
dum marius & telesinus se inuicem percuterent fuit ip-
se marius leuiter vulneratus. Quia ut dicit orosius li-
bro quinto dum ipse marius in concurrerentem id est in
telesinum manus violentius adigit circa suum vulnus